Quelle: https://manuscripta.at/?ID=9008
Copyright: Melk, Benediktinerstift



118.

esse demonstrant hi quisubduo dormientes lucente luna postquam surrexerint inuenium capitasua largissimo rore madentia. Sed & recentes carnes si subluna iacuerint fluida mox putredine corrumpunt. Idem significat pecorinum cerebrum uel & iam uiscera marinorum animalium quae sunt humectiora necnon arborum medullae. & paulo post. Sed aeris motus hisdem ipsis commutationibus continet. sicut lunae nouitas ad testatur. quae exlonga plerumq; serenitate subito nubium glomerationes & perturbationes exsuscitat. Euripporum qq meatus refluus hoc indicat uel & iam reciprocatio singulorum quae uicinae habentur oceano quas proluuiae schematibus concitat locorum accolae prodiderunt. Euripi & iam inutraq; parte solitisunt propria lenter fluenta conuertere. reliquo omni tempore; Cum uero luna nascitur nullo modo possunt quiescere. sed uehementi feruore semper exestuant. donec luna rursus appareat sedationem commotis turbinibus adlatura;

DE CONCORDIA MARIS ET LUNAE

XXVIII.

MAXIME AUT praecomnibus admiranda tanta oceani cum lunae cursu sociatur. quia ad omnem eius ortum omnemq; occasum. Ipse quoque emisso sui feruoris quod greci reuma uocant Imp & ulitora late contegit. Eodemq; reuocato d & egit. ac dulces fluminum occursus salsis abunde commisceat simul & accumulat & undis. Nec mora praeterit lunae recedens & ipse naturali haec dulcedini mensuraq; relinquat. tamquam lunae quibdam aspirationibus inuitus protrahatur. & iterum eiusdem .vi. cessante Inmensuram propriam refundatur; Sicut enim luna luxta qd & superius docuimus Iul punctorum spatio cotidie tardius oriri tardius occidere quam pridie ortae est uel occiderat sol & ita & iam maris aestus utq; siue diurnus sit & nocturnus; seu matutinus & uespertinus eiusdem poene temporis inter uallo tardius cotidie uenire tardius redire non desinit; Punctus autem